



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S.  
Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ  
extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

**Bacon, Francis**

**Francofurti ad Moenvm, 1665**

Cap. I. Partitio Universalis Doctrinæ Humanæ, in Historiam, Poesim,  
Philosophiam: Secundum tres Facultates Intellectus; Memoriam;  
Phantasiam; Rationem: Quodque eadem Partitio competit etiam ...

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5**

43

hoc tempore omissiones duntaxat & desiderata no-  
tare: non autem errores & infelicitates redargue-  
re. Aliud enim est inculata loca indicate, aliud cul-  
turæ modum corrigeret.

Quam quidem ad rem, cum me comparo, & ac-  
cingo, non sum nescius, quantum opus moveam,  
quamque difficultem provinciam sustineam, etiam  
quam sint vires minime voluntati pares: attamen  
magnam spem venio, si ardenter meus ergali-  
teras amor melongius provexerit, usurum ne ex-  
eucatione affectus: quia non simul cuiquam con-  
ceditur, *Amare & Sapere*. Nescius equidem non  
sum, tandem judicij libertatem alii relinquendam,  
quam ipse usurpaverim. Evidem libenter &  
aque accepimus ab aliis, ac impertiverim humani-  
tatis illud officium: *Nam qui errant comiter mon-  
strar viam*, &c. Prospicio etiam animo, complura  
ex illis, quæ tanquam omisla, & desiderata, in Regi-  
strum hoc nostrum referre visum fuerit, in diver-  
sus censuras incursum: Alia scilicet quod sint du-  
dum peracta, & jam extent: Alia quod curiosita-  
tem lapiant, & fructum promittant perelexim: Alia  
quod nimis ardua existant, & ferè impossibilia  
quæ ab hominibus ablolvantur. Ad priora duo  
quod attinet, res ipse pro se causam agent: circa  
postremum de impossibilitate ita statuo: Ea om-  
nia possibilia, & præstabilia censenda, quæ ab al-  
liquis perfici possint, licet non à quibusvis; Et  
quæ à multis conjunctim, licet non ab uno; Et  
quæ in successione seculorum, licet non eodem æ-  
vo. Et denique quæ publica cura & sumptu, licet  
non opibus & industria singulorum. Si quis tamen  
sit, qui malit salomonis illud usurpare, *Dicit piger,*  
*Leo est in via*, quam illud Virgilii, *Possunt, quia pos-  
se videntur*; satis mihi erit, si labores mei, inter vota  
tantum sive optata melioris nota habeantur. Sicut  
enim haud omnino rei imperium esse oportet,  
qui questionem apposite instituat, ita nec sensus  
in opere videatur, qui haud quaquam absurdâ opta-  
yerit.

## CAP. I.

*Partitio universalis Doctrinae humanae*, in Historiam, P. &  
Memoriam, Philosophiam, secundum tres Intellectus Faculta-  
tes, Memoriam, Phantasiæ, Rationem: quodque eadem  
partitio competit etiam Theologici.

*Partitio Doctrinae humanae* est ea verissima, quæ  
sumitur ex triplici Facultate Animæ Rationali-  
lis, quæ Doctrinae sedes est. *Historia ad Memoriam*  
referuntur, Poësis ad Phantasiæ, Philosophia ad Ra-  
tionem. Per Poësim autem, hoc loco intelligimus  
non aliud, quam historiam confitam, sive fabu-  
las. Carmen enim styli quidam character est,  
atque ad artificia orationis pertinet, de quo suo  
loco.

*Historia proprie individuum* est, quæ circumscribuntur loco & tempore. Etsi etiam historia na-  
turalis circa species veritati videatur, tamen hoc sit  
ob promiscuum rerum naturalium, (in plurimis)  
sub una specie, similitudinem; ut si unam noris, o-  
mnem noris. Sicubi autem individua reperiantur,  
quæ aut unica sunt in sua specie, veluti Sol & Luna,  
aut à specie insigniter deflectunt, ut monstra, non  
minus recte constituitur narratio de illis in histo-  
ria civili. Hæc autem omnia ad Memoriam spe-  
ctant.

Poësis, eo sensu quo dictum est, etiam individuo-

rum est; confectorum ad similitudinem illorum,  
quæ in historia vera memorantur; ita tamen ut  
modum sapienter excedat, & in rerum natura non  
quam conventiona aut eventora fuissent, ad libis  
tum componat, & introducat; quemadmodum fa-  
cit & Piætria. Quod quidem *Panthasia* opus est.

*Philosophia* in individua dimittit, neque impressio-  
nes primas individuum, sed notiones ab illis ab-  
stractas complectitur, atq; in iis componendis, &  
dividendis, ex lege naturæ, & rerum ipsarum evi-  
dentiæ, versatur. Atque hoc proslus officium estat-  
que opificium *Rationi*.

Hæc autem ita se habere, si quis intellectua-  
lium origines petat, facilè cerneret. Individua sola  
sensus percipiunt, quintuplicis janua est. Indi-  
viduum imagines, sive impressiones à sensu ex-  
ceptæ, figurantur in memoria, atque abeunt in eam,  
à principio tanquam integræ, eodem quo occur-  
runt modo: Eas postea recolit, & ruminat anima  
humana; Quas deinceps aut *simplificet* recenset;  
aut *lusus quodam imitatur*; aut *componendo* & *di-  
videndo* digerit. Itaque liquido constat, ex tribus  
his fontibus, *Memoria*, *Phantasia*, & *Rationis*,  
esse tres illas emanationes, *Poësos*, & *Philosophia*;  
ne calitas, aut plures esse posse. Etenim historiam  
& experientiam pro eadem te habemus; quemad-  
modum etiam *Philosophiam* & *scientias*.

Neque alia censemus ad *Theologia*, partitione  
opus esse. Differunt certè informationes oraculi &  
sensus, & te, & modo insinuandi; sed spiritus hu-  
manus unus est, ejusque Arcula & Cellæ eadem.  
Fictricæ, acli diversi liquores, atque per diversa  
infundibula, in unum atque idem vas recipiantur.  
Quare & *Theologia*, ut ex *Historia sacra* constat;  
aut ex *Parabola*, quæ in star divina *Poësos* sunt;  
aut ex *Præceptis & dogmatibus*, tanquam peren-  
ni quadam *Philosophia*. Quod enim ad eam par-  
tem pertinet, quæ redundare videtur, *Prophetiam*  
videlicet, ea *Historia* genus est; quando quidem Hi-  
storia Divina ea polleat supra humanam Prærogati-  
va, ut Narratio factum præcedere non minus,  
quam sequi possit.

## CAP. II.

*Partitio Historiae in Naturalem & Civilem, Ecclesiasticæ  
& Literaria sub Civili comprehensa. Partitio Historiae  
Naturalis in Historiam Generationum, Pater. Generationum & Attium.*

*Historia aut Naturalis* est aut *Civiles*. In Natu-  
rali, Naturæ res gestæ, & facinora memoran-  
tur; in *Civili*, hominum. Eluent procul dubio *Di-  
vine* in utriusque, sed magis in *Civilibus*, ut etiam  
propriam *Historia* speciem constituant, quam *Sa-  
cra* aut *Ecclesiastica* appellare confundimus.  
Nobis vero etiam ea videtur *Literarum & Ar-  
tium* dignitas, ut iis *Historia* propria seorsum at-  
tribuïdebeat; quam sub *Historia civili* (quemadmodum & *Ecclesiastica*) comprehendendi intelli-  
gimus.

Partitionem *Historia Naturalis* molierum ex  
statu & conditione ipsius Naturæ, quæ in triplici  
statu posita inventur, & tanquam regimen tri-  
num subit. Aut enim *libera est natura*, & curru  
consueto se explicans, ut in cœlis, animalibus,  
plantis, & universo naturæ apparatu; aut à pravi-  
tatis, & insolentis materie contumacis, & ab  
impedimentorum violentia, de statu suo detruidi-  
tur.